Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

qd interpretatur petrus. In crastinu voluit exire in galileam et inuenit philippum et dixit ei ihs
Sequere me Erat aut philippus a bethsaida ciuitate andree et petri. Inuenit philippus nathanael a nazareth et dixit ei Quem scripsit moyses in lege et prophete in uenimus ihm filium ioseph a nazareth.
Et dixit ei nathanael a nazareth. potest aliquid bonum esse: Dixit ei philippus veni et uide. Vidit ihs nathanael uenientem ad se et dixit ei. Ecce uere israelita in quo dolus non est. Dixit ei nathanael. unde me nosti: Respondit ihs et dixit ei. priusquam philippus te uocaret cum esses sub ficu uidi te. Respondit ei nathanael. et ait. Rabbi. tu es filius dei tu es rex israel. Respondit ihs et dixit ei. Quia tibi dixi. uidi te sub ficu Credis. et maius his uidebis. Et dixit ei. Amen amen dico uobis. Videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. offr. Gla et honore. Secre Sacrandum tibi munus domine offerimus quo beati Andree solemnia recolentes purificacione quoque nostre mentis

implorentur. p. aliud O uia tibi domine dicata sanctifica. et in credentibus sancti tuis perdem nos placatus in pace. p. Communio Dicit andreas symon fratri suo inuenimus messiam qui dicitur xpus et adduxit eum ad ihm. Coll.
Percepto domine sacramento supplicantes exoramus. ut intercedente beato Andrea apostolo tuo que pro illo veneranda passione gerimus nobis proficiant ad medelam. alia.
Sanctificet nos quesumus domine tui perceptio sacramenti. et intercessio sancti andree tibi nos reddat acceptos p. In die sancti officii. Christi aut. Coll.
Maiestatem tuam domine supplicanter exoramus: ut sicut ecclesie tue beatus Andreas apostolus tuus exstitit predicator et rector ita apud te sit ipse pro nobis pietatis intercessor p. d. Ad cantus.
Fides. Corde creditur ad iustitiam oratio autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio iudei et greci. Nam idem dominus omnium diuites in omnes qui inuocant illum Omnis enim qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt aut quomodo credent ei quem non audierunt.